

**H**istoria Friderici imperatoris magni. huius nominis primi  
ducis sueuorum et parentela sue:

**H**uit in partibus sueuie parentela nobilium. primo  
quidem militarium simplicium. qui dicebantur de  
Stauffen. qui tamen suis probis ac virtuosis acti  
bus ad hoc deuenerunt. ut in barones siue liberos  
deputaretur. Et ut legitur in libro de miraculis san  
cte Fidis virginis et martiris. fuerunt de eadem parentela tres  
fratres. quorum vnus dicebatur Fridericus. alter Conradus. tercius  
Otto. qui otto fuit episcopus argentinensis. Mortuo autem in pri  
mis inter eos Conrado. apparuit idem Conradus post mortem  
suam fratri suo Ottoni episcopo: denuntiatus sibi quod in breui postea  
esset moriturus. Adiciens fratrem ipsorum fridericum supervicturum  
& ad ampliorem honorem ac potestiam puenturum quam aliquis  
antecessorum ipsorum prius puenisset. Et quod relatio sua vera esset  
tunc retulit sibi per indicio quedam verba secreta. que ipsi tres fra  
tres simul locuti fuerunt quodam tempore. quando simul coram reliquiis  
Karoli magni fuerunt. que nemo alius quam ipsi tres mutuo audi  
erunt. Itaque in breui post defunctum fuit etiam Otto episcopus  
Argentinensis prefatus. **H**uic Friderico de Stauffen iuncta  
fuit matrimonio filia Henrici imperatoris huius nominis quarti.  
Mortuoque Rudolfo duce sueuorum in bello. qui sibi regnum  
vendicaerat. dictus Henricus imperator quartus ducatum Sue  
uie prefato friderico genero suo contulit. **I**ste Fridericus dux  
Sueuorum fundator fuit monasterii Loricensis ordinis sancti  
Benedicti. Vbi ipse postea sepultus fuit cum pluribus regibus et pri  
cipibus ac coniugibus ipsorum de parentela ipsius. Unde pro epi  
taphio eorundem principum circa sepulchrum in medio ecclesie eor  
undem monasterii inueniunt scripti versus infra signati. **S**i fun  
datores tuque nomina quorum. Communis fossa iuxta nos continet ossa  
Scire velis horum lege vinculorum. Principibus nati requiescunt  
hic tumulati. Fundator hic primus humatur dux fridericus.  
Cum consortio thori cuius nunquam defuit ori. Christo quo melos  
confertur gracia celo. Binis matre latos fratres habet hic tu  
mulatos. Gergrud regina conradi regis amica. Illic cum nato  
henrico iacet cinerato. Hinc dux sueuorum fridericus ad alta regis  
polorum. Transit germano sibi Conrado sociato. Tres fratres  
horum scribuntur nomina quorum. Renbolt Vilhelmus et tercius

// Otto & stauffen nobil

heer frid. <sup>fridericus</sup>  
carvado  
Caro eius regem

ruclario

erat filio henrici xii

frid. dux sueuorum fundator  
monasterii

GROSSHERZOGLICH  
HESSISCHE  
HOFBIBLIOTHEK.